

Universitätsbibliothek Wuppertal

Svidae historica caeteraque omnia, que ulla ex parte ad cognitionem rerum spectant

Suida <Fiktive Gestalt>

Basileae, 1581

Θ, TH

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-313)

tria, id est cōmoderatio seu cōueniētia.

ITABYRIVM, mons altissimus in Galilæa, ludææ regione, fontem habens unum, unde feræ bibunt.

ITALIA, regio in qua est Roma, ab Italo: pri^o Ausonia dicta, & Oenotria, & Hesperia. Itali, dicuntur indigenæ: Italio tæ, qui in Italia confederunt.

ITALICA, urbs Hispaniæ.

ιταλιώδης.) Italiodes: ob Pythagoreos, arrogans: propter Sybarim, lasciuus.

ιταμόν.) Puellā nūc lasciuè ridere, nūc contumaciter loqui, Ob illa dicta non erubescere, est petulantia & impudentia plenum.

ιτε.) Sophocles: Ite ô celeres noxales- que Furia.

ITEA, urbs unde Itæus.

ITEAE, municipiū Acamantiæ trib.

ιτητίον.) Aristophanes in Nubibus: Eū- dum est, quid ita cesso anxius?

ιτηρία.) Cætera parata sunt: imēse, ceruicalia, strata, coronæ, unguentā, bellaria, meretriculæ adfunt, amyli, placētæ, liba, saltatricula. Age festina quantū potes.

ιτυς.) Clypeus ego umbonem quidē habeo bellis effœtum, effœtumque umbilicum: sed uirtute fulgeo, propter paratas uictorias.

LYNX, Echonis seu Suadæ * filia Hieronices & Veneris: quæ cum Iouem uenenis peteret, ea de causa in saxum conuersa est à Iunone. Est & rotula seu rhōbus, ac paruum quoddam instrumentū iynx, cui & motacilla alligatur, cuius agitatione amasios suos demulcent ueneficæ. Hinc iynx dicitur, quicquid animum ad cupiditatem & amorem incitat. In Epigrammate, Lynx uictrix: quæ & uirum qui ultra mare est, & è thalamis pueros attrahere potest.

ιυγγ.) Nūc te esse oportet acerbē, bonā, improbā, grauē, amœnā, uersatilem. Nā principes Græcorū tua iynge capti tibi omnia permiserunt. Cleopatra se iisdem illecebris & præstigiis, quib. Antonium & Casarem irretierat, etiā Augustū superaturam putabat. Tales incrant Diogenis canis orationi illecebræ.

IPHICRATES futoris F. Atheniensis orator & imperator, primus spoliis epigramma addidit, quo ducis mentio fiet, cum superiori tempore solius urbis nomen inscriberetur.

ιχθυώ νηχεοδωμ διδάσκεις.) Piscem natate doces. De ijs qui ea docēt, quæ illi quos docent, sciunt.

ιχθύς.) Aesopus Mithridatis anagnostes, librum scripsit de Helena, in quo dicit piscem quendam cetacei generis Pa-na dici, in quo asterites gemma inueniatur, qui & accendatur à sole, & ad philtra faciat.

Asterites gemma.

ιχνη.) Maiores Domini secundū carnem, ἀντίλλαγμα permutationem & ιχνη uestigia uocarunt LXX interpretes.

PRINCIPIVM Θ Τ Η.

THABOR, nomen montis.

θαλαμακίς.) Gres in trirēmib. fuerunt remigum ordines, infimi Thalami tæ, medij Zygitæ, summi Thranitæ.

θαλάπη εν χαράδρας ὕδωρ.) Mari è cauerna aquam. De ijs qui parua magnis ambitiosè comparant. Eodem pertinet, βάλ & ἄρραυ, Gleba aruum.

θαλαπῆαν ἰδεῖν μειδιῶσαν, εὐθετον.

Somnia marina.

Φλοῖστος θαλάσσης, πραγμάτων δηλοῖ κλονον. (νηξίς) θνηξίς θαλάσσης, ἀρχίαις δηλοῖ λύπας.

θνηξίς θαλάσσης, ημίρας ὄναρ καλόν.

Mare uidere placidum, opportunum est.

Sonit^o maris, negociorū significat cōcussionē.

(Mors maris) Natatio marina, seuos indicat dolores.

Natatio marina, interdum bonū est somniū.

ὄνειροκελίκα.

θαλαέσιν.) * Hanc ego delicatè alui.

Fuit enim Amorum & Gratiarum puella illa immortale germen.

THALES Examij & Cleobulinae filius, Milesius (sed ut Herodoto placet, Phoenix) fuit ante Cræsum Olympiade xxxv. Phlegonte uerò autore, iam celebris fuit * vii Olympiade. Scripsit uersibus de ijs quæ in sublimi sūt, de æquinoctio, & alia multa. Obiit senex in spectaculo gymnici certaminis, à turba pressus, & æstu resolutus. Primus Thales cognomen sapientis tulit, & primus animā dixit immortalem, & eclipses & æquinoctia deprehendit. Apophtegmata sunt eius plurima: & celebratum illud (γνώθισαυτόν, ἐγγυα, πάρα δ' ἄπει.) NOSCE TE. Nam, SPONDE, noxa præsto est, Chilo potius sibi uendicat: ut &, NE QUID nimis. μηδὲν ἄγαν.

Thaletis scripta. Obitus.

Inuentus.

Thales, physicus philosophus, subDario Solis eclipsin prædixit.

Thales Cretensis, aut illyrius, lyricus antiquior Homero, carmina scripsit.

THALETAS Cnossius rhapsodus, poemata quædam fabulosa scripsit.

θαλπνόπερον.) Pindarus: Ne quod interdum Sole splendidius astrum uacuo in æthere quærato.

θαλυ-

Ζηλυκρόν.) Et ardens ille hebetatus est stimulus infani amoris. καὶ τὸ ζηλυκρόν κέννο κατημβλώθη κέντρον ἐρωμανίης.

THAMYRIS, uel Thamyras, Thrax Hedonus, ex urbe Brincorū, Philammonis & Arfinoes filius, uersificator ante Homerū octauus: secundū alios, quintus. Alij Odrysiū fuisse dicunt. Hic Thamyris ob contumeliā Musis factā, excæcatus est. Extat eius Theologia uersib. * 3000. Primus puerū adamauit, Hymnæum nōmine, filium Calliopes & Magnetis. Alij à Tallone quodam Cretenfi, Rhadamanthum adamatum tradunt. Alij Laium dicunt primū Chrysiippum adamasse, Pelopis filium. Alij hoc Italos inuenisse primos tradunt, ob militādi necessitatem. Sed reuera Iupiter primus adamauit Ganymedem.

Musa.
Pederastia.
Hymnaus.
Tallon.
Rhadamanthis.
Laius.
Chrysiippus.
Itali.

Iupiter.
Ganymedes.

Thamyris insanit, Ζάμυρος μαίνεται.) De iis qui de industria quædam, præter rationem facere uidentur.

Ζανατῶν.) Usq; adeò alter cædis, alter necis auidus erat.

Explicatio
somniaj.

Ζανῶν κατ' ὕπνου φροντίδων ἔση δίσχα.) Mortuus in somnis curarū eris expers.

Mors.

Ζάνατ.) Mors est effugium malorū, & uelut post tempestatem necessarius portus. Nam sanitas in morte potius est, quàm in uita.

Ζανατῶν.) Vespasianus uetabat, ne cū hominibus mortis appetentib. cōgrederentur. nihil enim esse desperatione fortius. Aeschylus:

μόν.) Ζεῶν Ζάνατ.) Δῶρον σὸν ἐρεῖ.
Mors sola ex dijs munera non amat.
Panditur ad nullas ianua nigra preces.

Fidentia.
Audacia.

Ζαρράλέ.) Fidens, laudatur ut bonus: θεράσος, audax, ut malus uituperatur. Hyperides in oratione Cytheriaca: Audaces, inquit, sine ratione agunt omnia: fidentes uerò cū ratione obiecta pericula imperterriti sustinent. Sic θάρσος μὲν τὸ δῖλογον παράσημα τὸ ψυχῆς, θεάσος δὲ τὸ ἐναντίον. Fiducia est elatio animi probabilis, audacia contrā.

THARGELIA, festum Apollinis & Dianæ, quo primitias illi Deo coquebant frugum quæ prouenerant. Ex eo dictum est, quòd Apollo, id est Sol calefaciat terram. Tum etiam choreæ ducebantur. Thargelia bonorū. Thargelion, mensis Aprilis est, Apollini sacer, quo festum hoc agebatur.

Thargelia, Agesagoræ filia, Milesia genere, Thessalorum regina fuit annos

xxx, occisa ab Argiuo quodā, quem in uincula coniecerat.

THARELLIDES, Symmachus, Apodorus, Dindymachias frater eius, ob staturæ breuitatem perfringebantur.

Ζαρσεῖς.) Tharfes, Carthaginē Libyæ principē urbē Esaias & Ezechiel nominant. Saba uerò, gentem Aethiopicam. At Libyes, qui & Afri appellantur, occidentales terræ partes tenēt: Aethiopes, orientales & meridionales: Arabes mediam continentem: Insulares, medium maris. Hos ante Deum procubituros dixit Dauid: Procumbent Aethiopes.

Ζαρσεῖς, Tharfes India regio, unde Salomoni aurum ueniebat.

Ζάσιον ἐγχέειν.) Thasium uinum infundere. Prouerbiū. Thasi habitabat Staphylus, Bacchi amafius: unde uinum cæmum ibi nascebatur.

Ζάσιον ἀγαθόν.) Thasus bonorum. De iis qui se beatum aliquem & illustre effecturos pollicentur.

Ζάπερα.) Ut omnes res mortalium duræ sunt, & periculosæ: Debent autem rebus secundis aduersæ prouideri. Et dum uiuis, uidentum maximè, ne (uictus, res familiaris) uita, te nec opināte, pessū ear.

Ζάπρον ἀπαπνοῆς.) Respiratione celeris. Consule præsentē, opinione celeris cōfectum est opus.

θάπρον ἢ κτ' δόξαν.) Ille celerius quā prudentius amplexus est eloquentiam.

Citius cor eorū uideris, quàm ea que cordi illis sunt: cū animi sensum lingua promere non possint.

Ζάπρον ἢ βέτης.) Bute celerius. De rebus quæ facillè conficiuntur. Huius enim galea tātum & oculus cernebatur, reliqua monte occultabantur.

θάπρον ὁ γυμναστικὸς ἀκρόασις.) Fœnus celeris currit Heraclito Perinea. Prouerbiū, in eos qui es alienum contrahunt. Heraclitus hic ob celeritatem in admiratione fuit.

θαυμαστά.) Mirabilia, de beneficiis diuinis: Δυνάμις, potentia, de ultione usurpantur.

θαυμαστά.) Attoniti sequebātur, alij sapientia, alij formæ, alij rationis uita, alij habitus, alij horū omniū admiratores.

THEAMANITES: id est Oriētalis. THEAGENS (ἀρχον princeps) prætor Atheniensis, uir cupidus honoris, & magno ingenio: & inter Græcos, quos plerunque cōmodè tractabat, splendidissimus, tum urbium quarundam calamita-

mitates subleuādo, tū egenos homines adiunādo: cum nō una, sed utraq; manu (q̄ aiunt) largiretur. Nā & liberalis & magnificus supra modum erat: magnāq; pecuniā & in magistrōs & in medicos, & alia patrię cōmoda cōferebat. Et hęc q̄dē laudanda sunt in Theagene. Cum autē iracūduſ eſſet, ac ne minimum quidem ſui contemptum ferre poſſet: ſed & colliſe ab omnib. (ὡπὸ πάντων τῶν ὑπερορῶντων) contemptorib. ſtuderet: reſpueſ cæteros, in primis potentiores: ac ſplendore Romanę ciuitatis captaret, nouasq; dignitates ueterū morū religioni præferret: ſe à Græcis atq; maioribus ſuis auuſum, ad plebeiam delapſum eſſe uitā nō animaduertit: & ſuos è ueris amicis fallaces aduatores effeciſſe. Itaq; priſtinā aduerſus philoſophiam reuerentiā non retinuit: cum uerbo quidē philoſophos ſecum haberet, reuera autem aſſentatores. Hoc primum ſuſpicionis initium aduerſus Marinum extitit. Nam is quidem dignam philoſopho grauitatem retinēs Theagenem, uti par erat, obſeruabat: ne que ſe aduerſus illum inſolenter aut ruſticē atq; importunē in congreſſibus & colloquiis gerebat: neque in alijs ſupra idiotam ſe efferebat: ſed eum palām & præſtolabatur & deducebat, & cōuenientem hōnorem illi habebat, qualē homo princeps urbis, ac fortāſſe totius Romanę Reipublicę expeteret. Erat enim ex Romanis patribus, & Senatus Palatiſi primus, tū ob ueterē nobilitatē, tū ob morū magnificentiā, tū propter illuſtre ſtudiū & curā eruditionis. Itaq; Marinus etiā omne genus ſplendoris eius augebatq; amplificare ſtudebat.

THEANO Locrenſis lyrica, ſcripſit cantica lyrica, & carmina.

THEAETETVS, Athenienſis aſtologus & philoſophus, uel Socratis uel Platonis auditor, Heracleę Ponticę docuit: ac primus de quinque ſolidis corporibus ſcripſit, poſt bellum Peloponneſiacum natus.

THELXINIA, Ogygis filia.

THEMISTIVS philoſophus, tēporib. Iuliani apoſtata, à quo præfectus Cōſtantinopolis eſt designatus. Scripſit Ariſtotelis naturalis auſcultationis paraphraſin lib. 8. Paraphraſin analyticorum lib. 2. De animo lib. 7. in hoc opere ſua etiā introduxit. De ſcopo & inſcriptione Categoriarum lib. 1. & diſputationes.

THEMISTOGENES, Syracuſanus hiſtoricus, ſcripſit Cyri expeditionem, quæ in Xenophontis Hellenicis extat, & alia quædam de ſua patria.

THEMISTOCLES, Athenienſis demagogus, Neoclis filius, prima ætate luxurioſus: deinde imperator designatus, cōditoq; Piræo, & Perſis ad Salamina uictis, pulſus ob inuidiam, per calumniā proditionis, ad Artaxerxem Xerxis filiū: à quo

THEANO Cretenſis philoſopho,

filia Pythonactis, uxor maioris Pythagoræ, ex quo ſuſcepit Telaugen, Mneſarchum, Myam & Arignoten. Quidā Cratini uxorem fuiſſe tradūt, & genere Crotoniatidem. Scripſit cōmentarios philoſophicos, & Apophthegmata, & poemata quoddam uerſibus hexametris.

Theano Locrenſis lyrica, ſcripſit cantica lyrica, & carmina.

THEAETETVS, Athenienſis aſtologus & philoſophus, uel Socratis uel Platonis auditor, Heracleę Ponticę docuit: ac primus de quinque ſolidis corporibus ſcripſit, poſt bellum Peloponneſiacum natus.

THELXINIA, Ogygis filia.

THEMISTIVS philoſophus, tēporib. Iuliani apoſtata, à quo præfectus Cōſtantinopolis eſt designatus. Scripſit Ariſtotelis naturalis auſcultationis paraphraſin lib. 8. Paraphraſin analyticorum lib. 2. De animo lib. 7. in hoc opere ſua etiā introduxit. De ſcopo & inſcriptione Categoriarum lib. 1. & diſputationes.

THEMISTOGENES, Syracuſanus hiſtoricus, ſcripſit Cyri expeditionem, quæ in Xenophontis Hellenicis extat, & alia quædam de ſua patria.

THEMISTOCLES, Athenienſis demagogus, Neoclis filius, prima ætate luxurioſus: deinde imperator designatus, cōditoq; Piræo, & Perſis ad Salamina uictis, pulſus ob inuidiam, per calumniā proditionis, ad Artaxerxem Xerxis filiū: à quo

THEANO Cretenſis philoſopho,

uulg.

V. ſolida corāpora.

Narſes.

Themis.

Præfectus Cōſtantinopolis. Scripta.

Artaxerxis erga Themistoclem liberalitas. à quo honorificentissime susceptus, inferre bellum Græcis est coactus. Pollicitus enim fuerat, se Græciam subacturū, si exercitus sibi daretur, tribus urbibus à Rege acceptis, p̄ obsonio, pane & uino: Magnesia, Myunte & Lampfaco. Cū aut̄ nec patriā oppugnare, nec partē gloriā amittere uellet: exercitu Magnesiā perducto, per causam rei diuinę Leucophryniæ Dianæ faciendæ, affatim hausto bo-
Hauftus boui ni sanguinis. uino sanguine interiit. Scripsit epistolas generosi animi plenas.

Themistoclis filij. **THEMISTOCLIS** filij Neocles & Demopolis, cum alter stadiū, alter Dolichum ludis funebrib. uicissent: coronati sunt ab ignaris. Quod cū rescitū esset: inimicis Themistoclis instigantibus: & legis de exulib. commonefaciētibus: parum abfuit quin lapidarentur.

Auaricia. **Θεμιστοκλῆς.**) Omnem uiam licitam reddebat lucrum.

Mors iniuisa dijs. **Θεμιστοκλῆς.**) Aelianus: Deos nequaquam fas est intueri mortuos, quāuis sibi charos, & lethalibus exhalationibus oculū inquinare.

Aeneas tua. **THEOGENES** Thasi^o, puer adhuc, stā tuam æneā in foro sitam, humeris impositam, domum tulit. Quod cum ciues ægrè ferrent, rursus sublatam in forum retulit: eaque res magnæ illi in Græcia laudi fuit.

THEOGITONEM Demosthenes appellat eum, quē Dimarchus & alij Theogenem uocant.

Theognetus, comicus. Ex eius fabulis, autore Aeliano, sunt, Phasma seu Philargyrus, Philodespotus, Centaurus.

THEOGNIS Megarensis Siculus, Olympiade 59 natus: scripsit elegiam in Syracusanos, qui post obsidionem incolu-
Theognidis improbata. mes manserant. Sententias uersibus elegicis 2800. & ad Cynnum, delicias suas, Gnomologiam elegiacam, & alia præcepta de moribus, omnia uersu. Ac admonitiones quidem scripsit Theognis: sed his immista sunt flagitia, & puero-
Theognidis improbata. rum amores, atque alia à uitæ sanctitate abhorrentia.

Theognis poeta tragicus, adeò frigidus, ut nix diceret * x x x natus annos.

THEODECTES Aristādri filius, Phaselites, Lycius orator, sed ad scribendas tragœdias se cōtulit: discipul^o Platonis, Isocratis & Aristotelis. Hic & Erythræus
Naucrates. Isocrates Apolloniates. Naucrates, & Isocrates Apolloniates orator, & Theopōpus, Olympiade C I I I funebres orationes habuerunt in Mau-

432
solum, Artemisę uxoris eius hortatu: ac uicit, maximè laudata eius tragœdia. Alij Theopompum aiūt tulisse primas. Fabulas edidit L. Moritur Athenis, annos natus X L I, patre suo superstite. Scripsit & artem oratoriam uersu, & alia quædā soluta oratione.

Theodectes Phaselites orator, superioris filius, scripsit encomiū Alexandri Epirotæ, historica & cōmentarios: Instituta barbarica, Artem dicendi lib. 7, & alios quosdam Commentarios.

THEODOTO præfecto legionū successorē Iustinianus dedit, Petrus Barsyam men cognomēto: qui cum olim ad mensam æris sederet, fordidissimas ex eo q̄stu corrasit opes, obolorum fur solers, & contrahentes cū ipso celeritate digitorū decipiens: & deprehensus, peierare paratus, manuum peccatū linguæ tegens confidentia. Inter præfectorū uerò duces ascitus, eò * insolentiæ uenit, ut imperatori maximè placeret *, & rerum iniustarū cōsilia inexplicabilia faciliè explicaret, tum milites omnibus stipendiis fraudando, tum magistratus magis etiam quàm olim uenditādo.

THEODOSIUS philosophus scripsit sphaerica lib. 3. Commentariorū in Theodæ capita. De diebus & noctibus lib. 2. Cōmentarium in Archimedis uaticū. Delineationes ædium lib. 3. Sceptica capita astrologica de habitationibus.

Theodosius Tripolitanus, scripsit de uere, & alia diuersa.

Theodosius Romanorū imperator, post Maximini tyranni cædem, & clādē ab Scythis in paludibus latentibus acceptam, cædemq; Romanorum, decreuerat bellis & pugnis ualere iussis, & Promoto mādatis, ueteris uitę rationis meminisse, sūptuosis cœnis curiose instruendis, & theatris & equorum decursionib. sese oblectando. Equidem miror uitæ eius in utranq; partem inclinationē. Nam cum natura segnis & admodū socors esset, nulla molestia aut formidine interpellante, genio indulgebat. Necessitate uerò urgente *, & metu seruitutis impendente: eiecta socordia, & deliciis ualere iussis, fortē & laborum tolerantē se præbebat: talis ipsa experientia declaratus, cū primū omni sollicitudine liberatus esset, naturæ suæ inertia cum seruiret. Ex ijs qui magistratus gerebant, Rufinū eximiè honorabat, natione Gal-
lū, magistrū ordinū senatus. Cū aut̄ filiū Hono-

Honorii, Romanorū Imperatorē designasser: coegit senatum, patria instituta seruantē, nec imitari uolentē eos, qui ad Deorū cōtemptū declinassent: uerbaq; fecit de ueteri more relinquēdo, & Christianismo amplectēdo: cuius promissio esset, ab omni peccato, omni impietate liberatio. Ei adhortationi cum nemo paruisset: nec quisquam à patrijs institutis iam inde ab urbe condita traditis, recedere uellet, ijsq; Christianos ritus anteferre: quòd, dum illa tenuissent, annos propè 1200 urbē incolumē teneret: sed quid sibi euēturū esset, illis permutatis, ignorarent: Tū ille, sumptib. sacrificiorū & uictimarum onerari ærarium, seq; illa sublatum esse dicebat: quòd neq; rem ipsam probaret, & alioqui etiam res militaris sumptus maiores postulare. Cū uerò senatus negasset rectē ista legitime que fieri: & ut sumptus publici deessent, non propterea ritus sacrorū prætermittendos esse: Romanorum imperium ex parte est imminutum.

S. Theodosius cœnobiarcha, sub Anastasio Imp. fuit Dicoro, heretico illo.

Theodosius minor, Romanorum Imperator, suscepto à patre principatu, homo imbellis & timidus, pace pecunia, nō armis parta, Rempublicā Romanam gratuitè, afflixit. Nam cum ab eunuchis esset educatus: omnibus eorum imperatis parebat: adeò ut legiones etiā ope illorū indigerent, multaq; & in ciuilib. & in militaribus institutis nouarentur: magistratib. nō in uiros qui eos gerere possent, collatis: sed in eos, qui auro eunuchorū auariciā explerēt. Et cū Sebastiani satellites piraticis nauib. Hellepontū & Propontidem infestarent: eò rem eunuchi deduxerūt, Theodosium ludicris quibusdam, tanquam pueros, detinendo, ut nihil gereret memorabile. Nā cū ad annos L peruenisset, ipse quidem sortididis artibus & uenarui uacabat: eunuchi uerò & Chrysaphius summa rerum potiebatur: quā illo mortuo (F. Pulcherima) Pulcheria soror ad se transtulit. In Milio stetit Theodosij ænea statua equestris: quam cum posuisset, multa congiaria largitus est ciuitati. Sed quærendum, cuius illa Theodosij fuerit. Theodosius Antiochum præpositum loco motum, in presbyteros retulit. Idem & successorem eius Cyrum, eodem tempore duas maximas prouincias administrantem, in ordinem coegit. Cum quidem is tantos

successus admiratus, effatus esset: Non placere sibi fortunam ita aridentem. *I. trea.* *Fortuna uia* taq; bonis publicatis: (*ὡς ἔδωκεν καὶ βασιλευσιν ἐλπίων*) ut gentilis & imperio inhians, ademptis magistratibus, factus est episcopus Cotyaij Phrygiæ. Post hunc autē solus dominatus est Chrysaphius, cognomento Zummas.

THEODVLVS, martyr factus sub Iuliano apostata.

THEODORVS Byzātinus sophistes, quē Plato Logodædalum ob dicēdi solertiam uocat, scripsit contra Thrafsybulū & Andocidem, & alia quædam.

Theodorus cognomēto Atheos, audiuit Zenonem Cittieum, itemq; Brysonem, & Pyrrhonem, Ephecticum, à sustinendo assensu dictū, indifferentiam probans: ac suā quandā sectā à se Theodora nominauit: ad eāq; pertinētia multa scripsit, & itē alia. Hic Hipparchiæ Cratidis uxori dixit: Hæc illa est, quæ stamine & radiis relictis pallium gesser.

Theodorus Gadareus, sophistes, seruili ortus genere, magister fuit Tiberij Cæsaris. Postea in contentionem uenit de sophistica (*ἔπειτα συνεκρίθη πρὸς σοφιστικῆς*) & Romæ in ipsa urbe cum Potamone & Antipatro certauit sub Adriano Cæsare, filius eius Antonius, factus est senator. Libros scripsit 3, de iis que in uocib. quærentur. De historia, i. De positio-
ne, i. De Dialectorū similitudine & demonstratione, 2. De republica, 2. De Cœlesyria, 1. De facultate oratoris, 1. & alia.

Theodorus poeta, scripsit uersib. hexametris de Cleopatra, & alia.

Theodorus unus ex lectorib. magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, scripsit historiam Ecclesiasticam, à Constantini temporib. usq; ad Iustiniani imperium.

Theodorus post Apollinarem Laodiceæ Syriacæ, * Mopsuestiæ Cilicię principatum nactus, Apollinari planè cōtrarius, contumelias non uulgares audaci animo & imperterrito corde in Christū Dominum effudit (*αὐθροπον ἕνα τῶν κατ' ἡμᾶς καὶ κριτὸν ἀποκαλῶν*) hominem uni nostri similem & communem appellando: qui ex progressionē gratia Dei accepta, Deus nominetur, & à baptisate in Iordane donum sancti Spiritus sit consecutus: in primis in nomen patris * & filij & sancti Spiritus baptizatus. Deum uerò λόγον (uerbum, seu sermōnem) ob excellentem uirtutem eius, per beneplacitum in eo habitasse, eoq; diuinam dignitatem

Fortuna uia

Logodædalus

Zeno. Bryso. Pyrrho.

Theodora secta. Hipparchia

Libertinus senator.

Apollinarius

t tatem

tatē impertuisse, & adorationē deinceps post consummationē. His & aliis impiē dictis, naturas *ιδιοπαθειας*, id est suis finibus terminatas docuit in Christo, *ἡ ἐπιτιμωμένη* habitudine seu affectione quadam & tantū inter sese *ἠνερωμένως* conciliatas. Altera & hæc blasphemia est, unā naturā & duas naturas in Christo non secundū rectam rationem confiteri.

Religio libera.

Θεοκλυτήσαντες.) Ne cogentur Christiani, qui in Perside essent, magicæ religioni interesse, ne uē inuitis dii Medorū inuocandi essent.

Theocritus orator.

THEOCRINES, sycophanta fuit. THEOCRITVS, Chius orator, discipulus Metrodori Isocratici. Scripsit chrias. Aduersatus est in Republica Theopompo historico. Extat eius historia Libyca, & epistolæ admirabiles. Est & alius Theocritus, Praxagoræ & Philinnes filius: uel, ut alij, Simmichidæ: alij Coum fuisse tradunt, qui migrarit Syracusas.

Poeta Bucolicus.

Scripsit Bucolicos uersus lingua Dorica. Quidā & hæc illi ascribunt: Prtidas, Elpidas, Hymnos, Heroinas, Epicedia carmina, Elegias, Iambos, Epigrammata. Sciendum tres fuisse Bucolicorum uersuum poetas: Theocritum hunc, Moschum Siculum, & Bionem Smyrñem, è loco quodam Phlossa.

Theocritus Moschus Bion.

THEOPOMPVS Theodectis, siue Theodori filius, Atheniensis, antiquæ Comœdiæ poeta, sicut & Aristophanes edidit fabulas 24: inter quas est etiā Aesculapius, doctorum curator, qui hunc tabelaborantem in integrum restituit.

Aesculapius doctorum curator.

Theopompus Chius orator, filius Damasistrati, natus tempore Atheniensis monarchiæ, Olympiade 93. quo tempore & Ephorus Isocratis auditor fuit. Scripsit unā cum Ephoro epitomen Herodoti historiarum, lib. 2. Philippi res gestas, lib. 72. Græcas historias, quæ Thucydideas & Xenophontas sequuntur, lib. 11, ea quæ à Peloponnesiaco bello gesta sunt, & reliqua cōtinentibus. Scripsit & alia plurima.

Epitomas.

θεός.) Philo dicti illius, Deus Dominus, interpretari sensum dum conatur, summæ Trinitatis notionem habuit. Nam cum dicat, unum esse Deum, non ad numerum decurrit unitatis, sed ad mysteriū sanctæ Trinitatis: quod est omnibus quæ diuidi possunt magis unum, & uerè singularibus uberius: tātaquē; ui animum eius occupauit, ut diceret, duas esse *ἑσῶν*, eius qui est, facultates: quarum una

Trinitas.

(inquit) effectrix & actiuosa, uocatur Deus: regia uerò & uindex Dominus. Deū autē esse, sentiunt Græci, animal immortale, ratione præditū, perfectū, intelligēs, beatū, nullius mali capax, cōsulens mūdo, & mundi rebus: nec tamē esse humana forma. esse autē hunc quidem opificē uniuersi, & quasi patrem omnium. Communitè autem, partem eius omnia penetram, multis appellationibus accommodari, pro facultatibus.

θεός.) Dauid ait: Ad Deum, forte illū uiuentem illum. Vnde etiā *ὁ θεὸς ἡμῶν*, & sanctus sanctus, à nobis canitur.

θεός.) Sophocles: Cum deorum aliquis nocet, ne robustus quidem possit effugere. Huic simile est & Pindaricum illud: Deus etiam uolucrum aquilam effecutus, & marinum anteuertit delphinum. Prouerbiū, *θεός ἡ ἀειδέμενα*, Dea est Impudentia: cuius ædem fuisse tradit Ister lib. 14.

θεός αὐτῶν, ἢ θεός αὐτῶν ὁφισμα.) Thesalicum commentum. De iis qui non rectè pugnant, sed subdolè agunt.

θεὸς παρόντων ἅπαν ἀπορον πόντων.) Deo præsentē omnia inuia sunt peruia.

θεός.) Iudæorum magistratus dii dicti sunt. Principi populi tui non maledices: & Diis non conuiciaberis. Quia Deus iustus iudex est, & iudicium hominibus est permissum: dicti dii sunt, qui iuste iudicant.

θεοί.) Diij, qui ad Dei imaginem facti sunt, eamquē; inuiolatam cōseruauerunt: horum Deus, cogit orbem terrarum in iudicium. & Dauid: Deus deorum Dominus locutus est, & uocauit terram, &c.

θεοίνα.) Theœnia, Bacchanalia singulorum municipiorum sic dicebantur, in quibus Gennetæ, id est Curiales sacrificabant. nam Bacchum *θεοίνα* Theœnū, quasi Vinideum uocant.

θεοὶς τίθηκεν οὐρανὸν, & τὴν ἔδραν.) Sophocles: Diis mortuus est Ajax, non Græcis: hoc est, nutu & uoluntate deorum.

THEOPHILI comici fabulæ sūt, Medicus, Epidaurus, Pæcratia, Bœotia, Prætidus, Neoptolemus.

THEOPHILVS imperator Romanorum, Michaelis Amorraei filius, Michaelis pater, in id Dei odium & amertiam incidit: ut odiosam Copronymi & detestandam sectam suscepit & renouarit: nec ulla re inferiorem se impietate illius & uæcordia & tyrannide & furore præbuerit, homo uæcors & delyrus.

EO

437
Eo igitur impiorum illorum & sicario-
rum fraude & stupore implicatus, qui à
Manichæa infania & Ariana rabie pro-
pagati sunt, persecutionem & ipse eodē
modo contra Ecclesiam instituit, alter
Nectenabo: collega & adiutore & con-
scio patriarcha Ioanne, ac potius Man-
tarcha aut dæmoniarcha: nouo omni-
no Apollonio, aut Balaamo nostris tem-
poribus exorto, lecanomante, & omnis
inuisæ Deo actionis, præstigiæ om-
nium acri ministro. A quo literas etiam
edoctus homo infelix atq; instabilis: p-
batus odiosissimarum rerum minister,
& idoneum diaboli instrumentum exti-
tit: quos iure diuinus sermo execratur,
cū querimonia dicens: Væ ipsis, quia
uiam Caini sunt ingressi, & errore mer-
cedis Balaami sunt effusi: & aduersatio-
ne Coræ perierunt, &c.

THEOPHILVS ex India reuersus,
Antiochiæ uixit. Ecclesiam sibi assigna-
tam nullam habuit: sed cum quasi cōmu-
nis esset, Ecclesiæ omnes ei frequenta-
re tanquam suas impunè licebat. Nam
& Imperator eum maximè & honora-
bat & obseruabat: & cæteri omnes ad
quos peruenisset, alacritate summa reci-
piebant, ob excellentis eius uirtutis ad-
mirationem. Præstantior enim uir ille
fuit, quàm quisquam dicendo possit cō-
sequi, Apostolorum, quasi imago quæ-
dam. Ac aliquando resuscitasse Antio-
chiæ cadauer cuiusdā Iudææ fertur: idq;
Thalassius affirmat, non exiguo tempo-
re cum illo uersatus, & in huiusmodi re-
bus mendacij minimè suspectus: præser-
tim multis eiusdem ætatis id suo testimo-
nio confirmantibus.

THEOPHRASTVS, siue Melanthei
fullonis, siue Leonis filius, Ereffius, audi-
tor Aristotelis, & scholæ Peripateticæ
successor, ab eo Chalcidē migrante reli-
ctus. Hic in initio Tyrtaeus uocabatur: sed
ob diuinam dictionē, Euphrastus ab Ari-
stotele, post Theophrastus à diuinitate
dicendi dictus est: sicut Plato ab ampli-
tudine sermonis, cū ante Aristocles uo-
caretur. Discipulos ampli⁹ (αλλείως ἢ δύο)
4470: Nicomachum Aristotelis philo-
sophi filium in deliciis habuit. Honora-
tus est à Cassandro Antipatri filio. De-
cessit, assidua scriptione fatigatus: cū ab
illa studiorū contentione, ad paucos di-
es, ob discipuli nuptias, recessisset. Libri
eius sunt plurimi, inter quos & hi: Analy-
ticorum priorum 3. Analyticorum po-

steriorū 7. Resolutio syllogismorū, Ana-
lyticorū epitome, Reductio loci, De lapi-
dibus, De stirpibus, De metallis, De o-
doribus, Charactères, & alia.

Theophrastus, dum quidem labora-
bat, corpore erat integro: deinde relaxa-
tus, obiit, membris mutilatus.

*Labor ualen-
tem, ignauia
morbidum fa-
cit.*

THEOPHYLACTVS sophistes, co-
gnomento Simocathes.

10 Θεωβέτι.) Deificatum: id est, ad maio-
rem gloriam euectum, non mutata na-
tura propria.

THEON Alexandrinus, philosophus
Stoicus, sub Augusto fuit, post Arium.
Scripsit Apollodori physiologicæ intro-
ductionis commentarium, artis Rhetor-
icæ lib. 3.

Theon Smyrnæus philosoph⁹: & The-
on Antiochenus Daphnæ⁹, philosoph⁹
20 Stoicus, scripsit defensionem Socratis.

Theon è Museo Aegyptius philoso-
phus, tēpore Pappi philosophi, qui & ip-
se Alexandrin⁹ fuit: uterq; sub Theodosio
maiore. Scripsit Mathematica, Arithme-
tica, de signis & auspiciis, de uoce coruo-
rū, de exortu Caniculæ, de Nili ascensu.
In Ptolemæū expeditum canōnem, & in
paruum Astrolabium cōmentarium.

Theon Alexandrinus sophistes, Ae-
lius dictus, scripsit artē progymnasma-
tum. Cōmentarium in Xenophontē, in
Isocratē, in Demosthenem, argumen-
ta rhetorica, quæstiones de structura o-
rationis, & alia plurā.

Theon, Valerius dictus, sophistes, cō-
mentarium scripsit in Andocidem.

Theon, Gymnasij sophistæ filius, Sido-
nius sophistes: docuit in patria, fuit sub
Constantino, & (ἀπὸ ἰσῶτων) à Consuli-
bus, & præfectus.

Theon doctor eloquentiæ à S. Mar-
cella, si primam originem repetas, oriun-
dus: siu proxima spectes, ac paternū ge-
nus, ab Ecdicio magistro. Scripsit artem
rhetoricā, homo non ille quidē admo-
dum ingeniosus & acutus, sed studiosus
& industrius supra modū. Itaq; breui tē-
pore maximā sibi eruditionem compa-
rauit: multas uetustas historias, multas
recentes animo complexus.

θεῶν ἀγορεύ.) Cōcio deorū. De iis qui a-
pud superiores aliquid audent dicere.

θεώρημα διαλεκτικόν.) Theorema diale-
cticum: hoc est, quæstio & propositum
uel ad res expetendas & fugiendas, uel
ad ueritatem & cognitionē pertinens,
siue per sese, siue tanquam adiuuans ad
t 2 aliquid

aliquid huiusmodi rerū. Frequenter enim Aristoteles ἢ θεωρεῖν, pro ζητεῖν quæ-
rere ponit. Fuerit ergo theoremata, oratio
cōferens nobis aliquā rerū dialecticarū
cognitionē: ex eo quòd nobis contem-
plationis & cognitionis alicuius sit cau-
sa, theoremata nominatum.

THEOREMATA est aut morale, aut natu-
rale, aut logicum: nec tamen quoduis
theoremata morale, aut physicum, aut lo-
gicum aut dialecticū est: sed ea theore-
mata quæ habēt propositōrū (ὅσα ἔχει τὸ
πεποιημένων, πεποιημένων, ἢ ἀπορροισμὸν)
eorū quæ adiunguntur, aliquā distinctio-
nem. Hæ uerò distinctiones eorū sunt,
de quib. aut neutro modo opinātur, aut
secus eruditi quàm uulgus, aut utrique
inter sese dissentiunt. Quæ igitur quæ-
stiones ad res expetendas aut fugiēdas
referuntur, ea sunt moralia problemata.
Nam de bono & malo, de expetendo &
fugiendo, quæstio cum sit moralis: ad ap-
petitionem & auersationē refertur, non
ad nudā cognitionē. Qui enim querit,
bonum ne sit uoluptas, an non? aut om-
nino de bono aliquo acquisito: expetē-
di aut fugiendi causa quæstionē instituit.
Rursus qui quærit, sit ne mundus rotun-
dus, anima ue immortalis, an nō? aut ali-
quid eorum quæ natura fiunt & sunt: fi-
nem statuit ueri cognitionem: quod est
contemplationis proprium. Cognitionis
enim, eius quæ inter optimos est reipu-
blicæ: contemplationis finis est. Quæ ue-
rò neq; ut agenda quæritur, neq; finem
habent cognitionē ueritatis, quæ ipsis
inest: sed ut adiuuātia siue ad expetenda
rū & fugiēdarū rerū cognitionē, siue ad
ueri & falsi optionē quærantur: ea sunt
problemata logica. Nam logica discipli-
na instrumenti locum tenet in philoso-
phia. Quæ igitur in ea quæritur, eò que-
ritur, quòd utilia sint Philosophiæ. Qui
enim, exempli gratia, de conuersione p-
positionis quærit, aut de syllogistica, illi-
ue contraria connexionē: ut adiuuan-
tia hæc, atque utilia ad eorum quæ suprā
dicta sunt, & inuentionem & cognitio-
nem quærit.

Moralia pro-
blemata.

Problema co-
gnitionis.

Problemata
logica.

Contempla-
tio potior a-
ctione.

πρωτογενής,)* Arcefilaus philosoph⁹
segni erat ingenio, & oscitabundus: sed
in arte sua probè uersatus. Itaque di-
ctum est, geometriam in eius oscitantis
os inuolasse.

θεωρεῖν.) Cōtemplatio præferenda est
actioni: quia rebus precij maioris occupa-
tatur. Nā actio quidē in rebus agendis,

& in nostra potestate sitis: cōtemplatio
in diuinis uersatur: & preciosissima par-
te animi conficitur. Mens enim animæ
facultatum præstātissima est: cuius actio
est contemplatio.

θεωρεῖν καὶ πράξις.) Mens partim con-
templatrix est, partim actiuosa. Actiuosa,
ex habitudine seu affectione ipsa ratio-
cinatur, quæ est cum corpore. Itaq; post-
quā absoluta fuerit à corpore, non am-
plius est actiuosa, sed tantū contemplatrix.
Differt autem actiuosa mens à contem-
platrice, sine: cū subiecto nihil differat,
sicut nec semen & fructus. Nam contem-
platrici, finis est perceptio ueritatis: actu-
osæ, boni adeptio. Mēs igitur, inquit (α-
λλοῦ ἀνιμῆς γένος ἐστίν. ἢ ἐπιπέου ἐστὶν
ψυχῆς) diuersum ab anima genus esse ui-
detur, & sola habere separabilem natu-
ram. Reliqua uerò anima uniuersa est
inseparabilis.

θεωρεῖν.) Contemplatio, finis est sacer-
dotij, nomen illud non falsò usurpantis.
Contemplatio porrò & actio nolunt co-
ire societatem. Appetitio enim est ini-
tium actionum, quarum neutra pertur-
batione uacat.

θεωρεῖν.) Pecunia quæ ad spectacula præ-
bebatur populo Atheniensi, siue drach-
ma, siue bini oboli, Theorica dicebatur:
ne uel pauperes teatro excluderentur
propter inopiā: uel rixæ & pugnæ oriren-
tur. Ac ea pecunia olim in militiā conse-
rebatur: quā Eubulus in sacrificia & spe-
ctacula & publica ædificia erogauit.

θεωρεῖν.) Theoris, nauis Athenis, quæ
Delū quotānis mittebat, uota à Theseo
in Cretā ituro: nec ante eius reditū quæ
quam damnatū capitis supplicio affice-
re licebat. Qua de causa etiā Socrates iō-
go tempore in carcere uinctus fuit, dum
nauis illa reuenteretur.

θεωρεῖν.) Theoris, saga fuit: quæ impietatis
condemndata, occisa est.

θεωρεῖν.) Theorus, homo periurus, ada-
lator, pisciuorus, improbus, mæchus,
Corinthi degens propter scorta.

θεωροί.) Theori, qui ad spectacula, festa,
oracula, rerumq; diuinarum curationē
mittebantur.

θεωροὶ καὶ κληρονομοὶ, cultores seu curatores.)
Sic, inquit Philo, apud Iudæos dicuntur
homines utriusq; sexus, qui cōtēplatio-
ni rerū diuinarū dediti, uirtutē colūt: si-
ue quòd eorū animos, quæ se ad ipsos cō-
ferūt, medicorū instar, à uitiis perturba-
tionū liberent atq; sanent: siue propter
purum

purum & sincerum numinis cultum & religionem. Hi cum primū ad philosophiam se cōtulerint: à cognatis & re sua familiari recedunt. Deinde omnibus uitæ curis repudiatis, atq; urbibus relictis, aut in desertis agris, aut hortis aut montibus degunt. & quia dissimilium commercia & inutilia & noxia esse norunt, uitam propheticam æmulantur atque exercent. In uno quoq; coetu est ædes sacra, quam *σεμνείον*, & monasterium à reuerentia & solitudine uocāt: in qua soli sanctæ uitæ mysteria peragūt: nemine quicquam afferente: non potum, nō cibum, nec aliud quicquam eorum, quæ corporis necessitatibus seruiūt: sed leges & oracula uatum, & hymnos, cæteraq; quibus scientia & pietas augentur & perficiuntur. Ac paucis ut absoluiam, cibum aut potum nemo eorum gustauerit ante Solis occasum. Nam philosophiā quidem luce dignam iudicant: tenebris corporis necessitates. Enarrant autem sacra oracula, arcānis sensibus per allegorias eruendis. Omnem enim legem illi censent animanti similem esse: cuius corpus sit, ipsa scriptura & uerba: anima uerò, sensus obscurus, sub uerbis delitescens. Eadem mulierum quoque ratio est, quæ *περπιδίδες* appellantur, quasi cultrices uel curatrices dicas.

θεραπιδήρες, cultores.) sacerdotes, qui sacris Iſidis præsumt apud Aegyptios.

THERAPNAE, Laconia urbs, quam nonnulli Spartam esse dicunt. Est & locus, qui habet ædem Castorū: sic ab eorum cultu appellatus. Hinc fit Therapnæus, a, um.

θερῖων.) Cum sub Alexandri successoribus Athenienses pecunia egerent, & quidam peregrinus se mutuam illis daturū *ἀγνείω*, barbarè promississet: tumultuati benignitatem eius repudiarūt. Sed cum errore correcto *δανείσω* dixisset: tū demum liberalitate eius usi, hominem collaudarunt.

THERMAN, Thracium est oppidulum. Stephanus: Therme est urbs Thraciæ: Apollodoro & Thucydidi, Macedonia: cuius cuius Thermæus: &, Thermæus sinus. Therma, locus Sicilia. Vnde Thermæus. Est Therma Bithyniæ, quæ Pythia & Prusæ quæ Basilia dicuntur. Ab iis Thermis quæ in Cappadocia, Syria & Dorylao sunt, habitatores dicuntur Thermenii.

θερμῶν.) Aristoph. in Pluto: Quam cæ-

lidū facinus, & nefariū & iniquū audetis facere, Vos duo infelices homunculi? Sophocles: Ne asse quidem æstimarim hominem, qui uana spe incalescit.

THERMOPYLAE, ab aliis Græcis, quæ ibi Minerua calidas aquas Herculi pararit: Pylæ, ab incolis & uicinis dicuntur.

θερμῶς.) Persæ terri sunt, audito, eum iuuenem esse, & audacem. Aristophanes: Desine Aeschyle, neq; ex indignatione uiscera incendas ira.

THERMV TIS, Pharaonis filia, quæ Mosem adoptauit.

THERMODOON, fluuius Thraciæ.

θερμῶν.) Aestas est, aer circundans terram, solis ad Septentriones progressionē calefactus.

θερσίτητον βλέμμα.) Therfiticus aspectus. *θεσσαλός*.) Thessalus Cous medicus illustis illius Hippocratis filius. habuit & ipse filios Gorgiam & Hippocratē. Scripsit libros de re medica, sex.

θεσσαλῶν νόμισμα.) Thessalorum moneta. Prouerbij specie, pro impostura capitur. *Liderin oder kupferin gelt*.

θεσσαλονίκη.) Cum Philippus annos in Macedonia 20 regnasset, Thessaliamq; subegisset: urbem in ea condidit Thessalonicam, siue ob uictoriam, siue de nomine filia suæ ita dictam.

θέσις.) Crantor philosophus dicebat Theophrasti theses ostreo scriptas esse.

θέσις.) Thesis, secundū Aristotelē, est opinio admirabilis, celebris alicuius philosophi: hoc est, problema propositum. Neq; uerò quoduis problema thesis est, sed de cōmunibus opinionib. clari alicuius in philosophia sententia. Itaq; autorem opinionis eorum, qui thesin defendunt, addi tali problemati oportet: uelut, utrū omnia (*πῶτερον πάντα συγχωρεῖς; λεγο συνεχώσῃς ῥεῖ;*) cōtinenter fluant, & semp gignatur, neq; unquā quicquā sit, secundū Heraclitū, nec ne? & utrum motus sit an nō? ut Zenoni uidetur: & utrum sanitas bonū sit, an non? ut Chrysippus ait: & utrum contradici possit, an nō? ut Antistheni placet. *θέσει*, id est positione seu autoritate: & *φύσει*, id est natura, inter se opponuntur, ut & in positione nominū: quæ cum positione cōstare dicimus: natura non extitisse significamus. Sunt & qui rhetorica problemata theses uocēt, quibus est hypotheseos nomen accomdatius, quòd subiectis quibusdam & definitis rebus constant. * Theses & hypotheses dicit Aristoteles.

*Αυτὸν ἀδμῖ-
ραβίλις σεντε-
τίαι.*

Correctores legum.

Ῥεαδου.) Demosthenes de corona: Leges sibi proprias ferre.

Ῥεσμοθέται, Legumlatores.) Sex uiri è nouem principibus ita dicuntur, quòd legum habeant curam: easq; Aeschine autore, in oratione contra Ctesiphontē, quotannis emendent.

Ῥεσμοφόρος.) Battus Cyrenarum conditor, legiferę Cereris Initia cognoscere cupiebat, & uim inferebat, auidis oculis indulgens.

THESMOPHORIA, sacra Cereris. Aristophanes: Velut in Thesmophoriis ieiunamus absq; uictimis.

Pythia.

Ῥεπιζετα.) Pythia in tripode sedēs, reddebat oracula: & pars cui insidebat, ἄλμυρος, id est mortarium uocabatur.

Colores loco personarum.

THESPIS, * Icarij filius, ex oppido Attico, tragicus, q̄ sedecimus ab Epigene Sicyonio, primo tragico, fuisse traditur. Alij secundum ab eo ponunt. Alij primum Tragicum statuunt. Ac primum fucò illita facie tragœdias egit: deinde portulaca illam texit: post, lineis laruis usus est. Edidit fabulas Olympiade LXXI. Cōmemorantur eius tragœdię: Pręmia Pelię, seu Phorbas, Sacerdotes, Adolescentes, Pentheus.

THESIADES Thespius, è multis mulieribus filias L suscepit, cum quib. rem habuit Hercules.

Ῥεπάλη γυνή.) Thessala mulier. De ueneficis. Thessali enim malè audiunt, ut impostores: atq; etiamnum ueneficę dicuntur Thessalę. Aiunt autem, Medeam fugientem, cistam uenenorum ibi effudisse, quę creuerint. Aristophanes: Muliere uenefica Thessala empta, Lunã deducam noctu: Deinde includam instar speculi. Orbis enim Lunę rotundus est ut speculum: eoq; adhibito, dicunt istius generis artifices Lunam deducere. Est autem Pythagorus, ludicrum per speculũ, huiusmodi. Luna plena, si quis speculo sanguine quantum uoluerit inscripserit, & obuerso Lunę speculo, alium à tergo stantem Lunam intueri iusserit: is leget omnia scripta in speculo, quasi in Luna scripta essent.

Lunę deductio.

Pythagorus scriptura in Luna.

Ῥεσαλική πύργος.) Thessalicę alę. Sic dicuntur chlamydes Thessalorũ, quòd utrinq; angulos habeant alarum instar.

Ῥεπάλων σφισμα.) Thessalorum commentum. Et de pugna, & de habitu, & de impostura, & aliis sexcentis usurpatur, tali de causa. Arato reduci ab exilio dixit Apollo, cauendum esse, ne fortè aduer-

sarij uotum maius & splendidius contra ipsum facerent. Tum ille Hecatomben cuius uouit Apollini. Rebus autem quas uolebat confectis, eo quòd id sacrificiũ sacris indecorũ esset: id uotũ subinde procrastinabat. Thessali malè audiunt ob latrocinia & perfidiam.

THESSALVS, un⁹ ex filiis Cimonis. Ῥετόν.) Thales uxore non ducta, sororis filium adoptauit.

THEVDERICHVS rex Gotthorũ, & Itolorũ qui ipsi parebant, ita præfuit, ut ea quę regi natura cōueniunt, omnia complecteretur. nam & iusticię studium insigne habuit, & leges inuiolatas conseruauit, & à finitimis Barbaris prouinciam tutam præstitit: uir summa & prudentia & fortitudine præditus. Nec ulla ferè iniuria uel ipse populum affecit, uel à præfectis affici passus est: uerbo quidē tyrannus, re uerò uerus rex, nullo corũ, qui huius honoris laudibus ab initio floruerunt, inferior. Itaq; & Gotthis & Italis charissimus fuit.

Theuderichus Afer diaconũ quendã habebat orthodoxũ, quem ualdè diligebat & fouebat. Is Theudericho se gratificaturũ putans, homousia fide relicta, cũ Ario sensit. Quo Theuderichus cognito: hominẽ ita charum statim capite percussit, cum hoc dicto: Si Deo fidem nõ seruasti: quomodo aduersus hominem sanam conscientiam retineres?

THEVDIBALDVS. Leontius quidem hæc dixit: Theudibaldus autem sic respondit.

THEVDIBERTVS filius Theuderichi, supra modũ audax & turbulētus, & periculorũ, quàm necesse esset, amātor.

THEVDERTVS, rex Francorum.

THEVDOSIUS, Theodosius. Theodosia, prouincia Scythiæ: quam Satyrus dum oppugnat, obiit.

Ῥεὸς ἀρης.) Deus Mars, in Arabia Petraea maximè colitur. Simulacrũ eius lapide nigro quadrato constat, nulla figura inciso, altitudine pedum 4, latitudine 2: basi aureę innitens. Huic immolant, & sanguinem uictimarum affundũt. Tota ædes multo auro est ornata, multaq; habet donaria.

Ῥεόςμι.) Aduenerunt, alius lucturus, alius stadium cursurus.

Ῥεῖ.) Aristophanes: Nunc, secundum prouerbium, neq; curtimus, neq; equos agitamus. Sed argentum nacti ubi fuerimus: omnia & currunt & agitantur.

(ὅτι ἀνέμοις ὅτε κώπαις πλέομεν.) Neq; uentis neq; remis nauigamus.

Θείος.) Diuini sunt, uiri boni: habent enim in sese quodammodo Deum. Malus Dei est expers. ἄθεος autē bifariam dicitur, cum qui Deo cōtrarius, tum qui illum nihili facit: id quod nō in omnem malum cadit. Sunt & Dei cultores boni uiri, ut periti rituum diuinorum.

Θεά(ζου.) Mefyus Senonū rex, & Ganna uirgo, quę cum Beleda in Gallia uaticinabatur, ad Domitianū uenerūt, & honoribus ab eo affecti domū sunt reuersi.

Θηγαίη.) Ferriuora cote nuper exactus. Sophocles.

Θηλυδεύς.) Detestabili uoluptate effœminatus. Effœminati homines comā componunt.

THEMAX, municipium Erechtheiæ tribus, unde Themacensis.

20 THERAMENES, Atheniensis orator, Prodicī Ceij discipulus cognomento Cous & Cothurnus, uir sapiens: qui si quando in mala incidisset, in ijs q; iā uersaretur, ex ijsdem se expediebat. Mutabilis enim erat, & tempori seruebat, solers ad omnia: neque tali eius unquam malè ceciderūt, cum semper ad felicis latus se inclinaret. Aristophanes: Subinde se cōuertere ad molliorem partem, uiri est solertis, & natura Theramenis. Fuit hic Theramenes in republica uersat⁹, Agnonis F. è Steriensī municipio, Isocratis magister: qui cum alia multa iniusta fecit, tum duo maxima & indignissima facinora edidit. Nam & duces qui ad Arginusas pugnant, in carcerem cōiecit: & oppressa libertate, xxx uiros constituit. Itaq; uitæ habuit exitum, uitæ suæ instituto cōsentaneum. Nā ab ipsis xxx 40 est interfectus, Critia accusatore. Quidā dicunt, ab ara ad quam cōfugisset, auulsum fuisse. Hunc ob uersatile ingenium, Cothurnum cognominabant: cum aduersariorum in Repub. utriq; factioni se adiungeret, tempori seruiens, & priuatam utilitatem fidei anteponebat. Nam & Cothurnus tam uiris quàm mulieribus conuenit. Tria decreta pœnalia fecit: * aut in tabula proscribi, aut cicutam 50 bibere, aut (exulare) effugere oportere. Videtur ex insula Ceo esse, nec germanus Agnonis F. sed adoptiuus. Vnde Aristophanes Theramenes, inquit, non Chius, sed Ceius. Thucydides autem hunc laudat: xxx uerò criminatur, ut rapaces.

Theramenes Ceius sophista, scripsit declamationum lib. 3. De similitudine orationis, de imaginibus siue parabolis, de figuris.

Θηρατής λόγων.) Venator uerborum: id est, amator eloquentiæ.

THERICLIS filius Calix. Thericles primus fictiles calices fecisse fertur. Θηρικλειον, poculum uitreum.

Θηρολέξης.) Venator uerborum, auceps syllabarum.

Θηρώμενοι.) Honorem ex eo apud alios uenant.

Θησαυροί.) Thesauri uentorum, nō cellæ, sed facilis cōmotio, tranquillo acre.

THESEVS historicus, uitas illustriū uirorum lib. 5. scripsit, Corinthiacorum lib. 3. quo in opere Isthmicorum ludorū institutionem narrat.

30 Θητυς.) Egentissimi quiq; apud Athenienses, qui Thetes dicebātur, id est proletarij, siue capite censi, pende bāt uectigal quod Θητικόν dicitur: nec ad ullū magistratum admittebantur, neque militabant. Eius ordinis puellam pauperculā, genere proximi aut ducere, aut minis quinq; datis elocare cogebantur.

Θησείοισιν.) Thesæa, festum apud Athenienses. Posteaquā enim Theseus libertatem Atheniensibus cōcesserat, Lycus quidam per calumniam effecit, ut heros ostracismo pelleretur. Itaq; se Scyrū contulit ad Lycomedem, insulæ regulū, qui per æmulationem eum dolo interfecit. Athenienses autem annonæ penuria laborātes, ulcisci Theseum iussi, Lycomedem occiderunt: & ossibus relatis, facelloq; in eius honorem extructo, diuinos illi honores decreuerūt. Eo festo & congiaria diuidebantur, & conuiuia agitantur, eò quod Theseus urbem cōiunxisset, cū Attica prius pagos tantum haberet. Hic Theseus Aegei F. Atheniensis, multa edidit facinora. Omnia enim loca Trœzene Athenas usq; latronibus referta pacauit, & Cercyone & Scirone & Sinnide Pityocampta, dicto à pinibus inflectendis, & (Periphæte) Periphano Corynete interfectis (cuius clauā, à qua cognomen ille inuenerat, ipse postea gestauit) Procruste item, hospitem interfectore. Subegit & Amazonum exercitum, Athenas aggressum: earumq; regina uxore ducta, Hippolytum ex ea suscepit. Postea Phœdram duxit. Gessit & cū Centauris bellum, pro Pirithoo rege Lapitharum, & alia quædam.

Thesei exitum & interitum.

Lycomedis interitum.

Thesei res gesta.

ἤπης.) Mercenarij, qui uictus quaritandi gratia feruiunt.

Ἰητικὸν πλῆθος.) Persæ mercenariorum ingentem numerum, & liberos atq; uxores, patria quadam lege, pugnae & fortitudinis suae spectatores adducebant.

Διασώτης κότυς.) Thiasotes Cotys: genius qui Corinthi colitur, turpium rerum inspector.

THIMBRON Lacedaemonius, missus in Asiam Harmostes, id est praetor, post bellum Peloponesiacum.

Θλαδίας.) Subornat Valētis mysticos, id est arcanos, effoeminatam inquam cohortem illam: qui, ut rerum malarum semper sunt fomites, Imperatori persuadere contendunt, Aetium de eo accusando cogitare, quod ipse potestatem inuadat. Magnam enim promissi auri pondus erat, quod anteriora eorum demulcebat. Facilime enim consuunt fraudes, auro promisso: genus hominum inexplebile, & lucro semper inhians, neque mali quicquam, sine peruersitate illorum, in palatio conficitur. Aurem calumnijs praebet Imperator, dictoq; citius ad eadem incitatus, tollit Aetium: & quasi re bene gesta, cuidam arcana solerter conijcipienti: Heus, inquit, non ne recte Aetium sustulisti? Cui respondet ille: Recte ne, an secus, ignoro: illud scio, te laeva dextram tuam amputasse.

Eunuchi a uari & sy cophanta.

Aetius dextra Imperij manus.

Furor dei.

Θλίψις, afflictio.) Multa hoc nomine significantur: custodiae, cathenae, exilia, & id genus alia. Furor & ira & afflictio in Deo, acerba supplicia dicuntur, & non natura & uoluntas.

THOLVS, domus rotunda, in qua senatus conuiuabatur: Prytaneum proprie, ab afferuando frumento, dicta.

THORAE, municipium Antiochia tribus.

THORICVS, municipium Acamantiae tribus.

Nessi uenenum.

Θροός.) Nessus Deianiram iubet sanguine a sagittis, quibus ictus esset, abrafo, & cum semine quod emiserat commixto, Herculem aut uestem eius inungere.

THUCYDIDES Olori F. Atheniensis, filium habuit Timotheum. Maternum genus a Miltiade duce, paternum ab Oloro Thracum rege duxit: Antiphontis discipulus. Floruit Olympiade 87. Scripsit bellum Peloponesiacum & Atheniensium. Herodotum puer etiamnum, Olympiae suas historias recitantem cum audisset, quasi numine percitus, lachrymis est op-

Herodotus.

pletus. Ibi Herodotus, ingenio eius animaduerso, patri Thucydides Oloro ait: Fortunatum te ob liberos, Oloro, iudico. nam filius tuus natura praeditus est ad disciplinas incitata. Neque enim sefellit opinio. Hic Thucydides uir insignis fuit artificio & elegantia orationis, accurata expositione rerum, imperatoria arte, consilio & argumentis panegyricis.

THVLIS, totius Aegypti regnum usque ad Oceanum tenuit, cuius quandam insulam de se Thulen appellauit. Successibus autem elatus, oraculum Serapidis adiit, & re diuina facta ita quaesuit: Dic nobis Ignipotens uera, Beate qui aetherium commutas cursum: Quis ante meum regnum potuit tantum? Aut quis erit post me? Datum igitur ei est huiusmodi responsum: πρῶτα θεός, μετέπειτα λόγος, καὶ πῶμα σὺ αὐτῶν.

Primum Deus, deinde sermo, & spiritus cum eis.

(ὅμφοντα δὲ πάντα, καὶ εἰς ἐν ἰόντα.) Coepta autem sunt omnia, & in unum euntia, Cuius potentia est aeterna. Velocibus pedibus uide mortalis, incertam exigens uitam. Templum egressus, a suis est occisus, in Afrorum regione.

Θραμάτις ἀνέστη.) Nihil quod ad Lystratum & Thumantim aedibus carerem attinet, a quo animo praetermittam. Hi, ut pauperes perstringebantur.

THYRAS, post Ninum in Assyria regnauit, cui nomen planetae Martis indiderunt. homo fuit acerrimus: illatoque bello Caucasum tyrannum ex Iapeti stirpe oriundum, sustulit. Hunc Assyrii ut Deum adorarunt: & sua lingua Baal, id est Martem appellarunt, bellorum praesidem, cuius etiam Daniel propheta meminit.

Θερομαίτις.) Capta Sybari, Thurijs dicta est urbs, a fonte Thuria, ad quam aedificandam Athenienses 10000 uirorum miserunt: inter quos & Lampon fuit uates, qui aedificationis rationem explicaret.

THOT, Mercurius. Θῶπι.) Iortium, & hunc Thopa, insulanes fuisse adultores tradunt.

Θῶπις.) Sic cum colito, ut aequum & philosophia dignum est: non adulatorum & sordidorum hominum instar.

Θωπεί.) Aristophanes: Si quis uos per adulationem pingues uocauerit Athenas, totum reperit: si propter pinguedinem, aphyarum precium uobis tribuerit. Idem in Tagenistis: Satis aphyarum mihi, uenter edendo est distentus.

Ἰωπέα.) Adulationis est, nō ingenuè agere cum proceribus. Antipho de Cōcordia: Multi se amicos habere nesciūt, sed sodales asciscunt adulatores diuitiarum, & Fortunæ assentatores.

Ἰωρακίον.) Hannibal, Carthaginensiuū imperator, elephantōrum loricas attollendo & belluarum domunculas, quantum licuit, in altum erigēdo ramos amputans, tutum & facile iter reddidit.

Ἰώραξ.) Thorax Græcè ex eo dicitur, quod mentē, quæ pars nostrūm diuina est, custodiat. Thorax equitis Parthi est huiusmodi. Anteriorem eius partem, pectus & femora & summas manus & crura tegit: posteriora item, tergum & ceruices, & caput rotū. Lateribus fibulæ sunt additæ, quibus utraq; pars coagmentata, facit ut eques totus esse ferreus uideatur. Nihil autē ferrum impedit, neq;

extensionem membrorum, neq; contractionem: adeò aprè ad membrorum naturam arma facta sunt. Eodem modo & equum armant ferro totum usq; ad ungulas: quod nullā suorum armorū utilitatē caperēt, equo ante ipsos interfecto.

THORYCION, Atheniensiuū centurio, bello Peloponnesiaco picē misit hostibus, qua ipsius urbē incenderēt: uel q̄ Thoracionē Aeginetam cēturionē imitaretur, qui proditor cū esset, utres & linum & picē Epidaurū mitteret, aut hostiū nauibus pecuniā suppeditaret. Quo cognito, ut proditor traducebatur.

Ἰρᾶνες ὄρκια σὺν Ἰππίωντι.) Menander huius prouerbij meminit lib. 1. Legatum quendā in Thracia, iaculo transfixo pectore occubuisse, atq; inde apud Iones & Aeolenses hoc enigma extitisse, Thracēs iurifurandi & fœderis ignaros esse.

Ἰρακία παρὸν ὄρκια.) Thracium cōmentum. Aiūt Thracēs ad Coroneam uictos à Bœotijs, & quinq; dierum inducijs patris, noctu aggressos Bœotios, quosdā occidisse, quosdam cepisse. Qui cum expostularent, dixisse Thracēs: Se dierum, non noctium pepigisse inducias.

THRASYMACHVS Chalcedonius sophistes, in Bithynia, primus periodum & colon demōstrauit, & adhuc usitatam rhetoricæ rationē instituit: * discipulus Platōis & Isocratis rhetoris. Scripsit suasiones, Artē dicendi, Ludicra, Argumenta seu adiumenta rhetorica. Tulit & nostra urbs ingenia disciplinis apta. Verūm nō locus scilicet in causa est, sed tēpora, quib. ingeniosissimi illi homines florue-

runt. Nunc autem thynnos obseruāt incolæ, retibus & hamis intēri, gulæ & uētris mancipia, (*ὡς πολλὰ τῆς γνάθου χερσὶα*) ut multæ maxillarum prouinciæ, atq; in diem uiuentes, parū aut nihil curant eruditionem: quorum summus pōtificatus ei euēnit, (Imberbem aut eunuchū aut cinædū intelligit) qui inter eos qui Træzenem iuerunt, est eminētissimus. Intelligent hoc, prouerbij non ignari.

Ἰραυλοτέρας.) Igne rupib. iniecto, acetū effuderunt, quò facilius frangerentur.

Rupib. dissectione.

Ἰρέματα.) Aelianus: Nō huc ueni, ut mēlæ incumbā, & brutæ pecudis instar saginer, & à magistratibus atq; honorib. pendeam, & aulas admirer, & mensas, & satrapas: neq; me pulchritudo hominū allicit, neq; pecuniam colligo.

Rerum humanarum conieptio.

THRETTANELO, sonus est citharæ, quem in epigrammate suo posuit Philoxenus siue dithyrambopœus, siue tragicus, ubi Cyclopē amantē describit, qui tibia canendo Galateam prouocet.

ὄρκια ἐν μοῖ τὸ θρέττε.) Nō inest mihi Thrette: id est, non sum animosus atq; audax.

(*τρινακρία Trinacria*) *θρηνακία, καὶ θρηναξ.*) Threnacia, Sicilia.

Ἰρλέων.) Sophocles: Non est prudentis medici, hulceri quod sectionem desideret, oggannire carmina.

θρῶν.) Lamētari Barbaricū est. Quare Patroclū apud Homerū nō lamentatur.

Ἰρησθεῖν.) Fertur Orpheus Thrax primus initia Græcorū instituisse, ac Deum colere *Ἰρησθεῖν* dixisse, quasi Ithracium sit id inuentum: uel à uidendo Deo, *ὄρκια τῆς θεῶν δευροθεῖν.*

Orpheus.

Ἰθριον. Thrium est apud Athenienses cibi genus, quod cōficitur è suillo sebo, & hœdi lacte, simila, & oui luteo, quo densetur. Qui fici folijs iniectus, est esu suauissimus. Est & alia cōficiendi thrij ratio. Adhibetur cerebrum cū garo & caseo, & fici folijs inuoluitur atq; assatur. * frustra enim in folijs gestant. Sic Didymus. Apud Homerum non thria, neq; candylum, neq; placētæ ex lacte aut melle confectæ regibus eximia apponuntur.

Ἰθρια.) Vatum calculi: *πολλοὶ θροβόλοι, παῦροι δὲ τε μάντιες ἄνδρες.* Multi sunt qui calculos iaciant, sed pauci uates.

Calculi fortassis geomantici.

Ἰθριαμβος.) Triumphus, ostētatio uictorie. Dicitur est à uersibus, q̄ primi de Baccho scripti sunt, ex India in curru tigridibus iuncto redeunte. Thriasum enim dicit poeticum furorē: uel quòd thria, id est folia fici Baccho sacra sint: & quòd pri-

primū ante personas inuētas, ficulis folijs facies tegerent, & iambicis uersibus alios incesserent. Sed & milites, scenicos imitati, facie fici folijs tecta, dictoria in triumphatores iaciebant.

Explicatio somnij.

Ἐξιδάκας ἔδειν, σώματ' ἠηλοῖ νόσον.) Lactucis uesci, corporis significat morbum. ὄνειροκρητικόν.

Ἐρόμβ' ἔ.) In tantum angorē passa est natura diuina humanā incidere, ut concretum sanguinem sudaret.

THRONIUM, urbs Locridis.

Ἐρόνοι ἀνομίαις.) Solia iniquitatis: id est, iniusti iudices.

Ἐρῆς.) Homērus: ἔ' γ' πάντων ἦεν ὁμός θρόος. Neq; em̄ similis erat omniū sonus.

Ἐρὺ ἀλλίδα.) Ἐκ τῶν πολεμίων εἰσάγεις Ἐρὺ ἀλλίδα, Ab hostibus infers ellychnion. Hoc interdictum erat Athenis, ne incenderetur nauale.

Ἐρὺ ψεγά.) Virago, deliciarum fugitās in cōuictu. Epigramma: Laidem habeo, quæ auro simul & purpura, & cum Cupidine Delicias facit, tenera Venere teneriorem.

Ἐρὺ ψις.) Aristophanes: O' aureola meā cura, Cypridis germē, apicula Musæ: Gratiarum delicia, Voluptatē uultus, aperi.

Ἐρὺ ψιτωρ.) De Ptolemæo epigramma: Peste perijisti, totam terram deuorante, priusquam sceptrū patrium iuuenili manu prehenderes.

Ἐρὺ ψιν.) Sacrificare dijs, uel Chaldæi, gēs * Perficā, primi inuenerunt, uel Cyprij.

Ἐρὺ ψιλασι.) Pollicetur sacrificijs se deos placaturos esse.

Reliquiæ Apostolorum.

Ἐρὺ ψινά.) Sub Zenone imperatore, Barnabæ apostoli & comitis D. Pauli reliquiæ, in Cypro sunt inuentæ: & in pectore Barnabæ Euangelium secundum Matthæum, quod folia thyina habebat. Preciosi ligni genus est thymum.

Ἐρὺ ψιλακος.) Aristophanes in Pluto: Farina nulla est in sacco.

Ἐρὺ ψιλατα.) Farina oleo & uino mista in sacrificijs offerebatur.

Ἐρὺ ψιλατα.) Aristophanes: Victimæ nullæ sunt præter barbas & cornua. De hostijs sine carnibus.

Ἐρὺ ψιλοφάγος ἀνήρ.) Thymbra (sive cunila, sive satureia) herba agrestis & acris. Eam igitur qui esitat, intelligit hominē acrem & persequentem inimicitiarum.

THYMOETAE, municipiū Hippothontiae tribus à Thymæta heroe.

Explicatio somnij.

Ἐρὺ ψιλα σέ τις, πικρὸν τ' ὄναρ πέλει.) Si quis fumum tibi facit, acerbum id est so-

mnium. ὄνειροκρητικόν.

Ἐρὺ ψιλη.) Sapè in tibiæ cātu & in scenis florens germē Acharnensē, hedera textit comā. id est, sapè uictor est coronatus.

Ἐρὺ ψιλαρῆς.) *Tumulū iuxta Aiæcis in Rhæteolittore Animo ægra Virtus ploro sedens.*

Ἐρὺ ψιλαρχῆς.) Polybius: Partim desperatione, partim dolore impulsī, animos sumpsērunt.

Ἐρὺ ψιλον.) Et hasta & clypeo cum eis pugnabimus, epoto thymo acido. Aristophanes in Pluto: O' qui multum thymi cum domino meo esitastis: id est, qui æquē atq; ille pauperes estis. id est: O' boni uiri, qui uili cibo contenti estis, quia iniuriam facere non uultis. simul etiam agri asperitatem criminatur. Alludit ad Hesiodium illud: Non norunt mortales, quanta insit utilitas maluæ & asphodelo. Thymum, uilis herba est.

Ἐρὺ ψιλος.) Cupiditas & ira sunt facultates animi appetentes. Sed ira differt à cupiditate, quod quo pacto fiat, quæri potest. Quid enim? An non & iratus uicissim lædere cupit eum à quo læsus est? Quid uerò? Non ne & ratio disciplinas appetit, & præcepta? Respondemus: cupiditatem & de genere dici, & de specie: sicut ἀπάθεια dispositio, & in genere de habitu dicitur, & speciatim, cum ab habitu distinguitur. Qui autem iram definit cupiditatem uicissim lædendi: non physice, sed dialecticè definit. Neq; enim iræ essentiam explicat, (ἀλλ' ὅτι ἐν τῇ ἐσσίᾳ τῆ θυμῶς ἔχει τὸ εἶναι δόποτιμὸν ἀρῆσται) sed id quod in iræ essentia habet, ipso esse relictō, definit: è quo ne ea quidē quæ iram cōsequuntur, definiri possunt. sicut neq; is, qui iram feruorem esse dicit sanguinis cor circumdantis, ex cupiditate uicissim lædendi. Sic enim ea quæ consequuntur declarat, quod palpitatio quædam cordis sequatur iratos: & quod calor iuxta illas partes existat, quod rubescant irati, idq; propter sanguinis commotionē: quod affectus animi, qui sunt utriusq; partis, ne cogitatione quidem separari possint. Quia uerò ira est in ratione, & in spiritu, & in uiuō corpore, uelut cum ratio spiritui cōcedit appetitū: spiritus uerò appetitiōe mouet animantis sanguinem, qui iuxta cor est, quemadmodum se res habet in rege, duce atque exercitu. nam duci potestatem dat ulciscendi aliquos: dux concitat milites, hi ulciscuntur. Proinde θυμὸς, ira quæ in ratione

tione est, nō est inseparabilis ab animante. ea em̄ à toto corpore separari potest. Quę aut̄ in spiritu, si nō à toto corpore, à terrestri certē eius parte separari potest. Tertia uerō illa, hoc est feruor seu ebullitio sanguinis circa cor, inseparabilis est à uiuo corpore.

θυμὸς ἐπιλοβοῖος.) Animus septē boum, id est magnus. Translatio sumpta est à clypeo Aiācis septēplici. Creō in Oedipode: Irā nulla est senectus alia, nisi mors. Mortuos uerō nullus attingit dolor. Prouerbiū, ut ex Alcæo apparet, usitatum, ὅτι ὁ θυμὸς ἐρχατον μεράσκει, Irā postremō senescere: quōd unā cum ætate augeatur iracundia.

θυμοίτης.) Thymætes rex Atheniensium. Thymætadæ dicuntur à Comicis Acharnenses, ut agrestes & duri: ab iracundia scilicet, quæ Græcè θυμὸς est.

θυον.) Rhodij tributum exigebāt à regibus. Massanas enim eis militēboris talenta xxx, thyi L, ad conficiendas statuas, quas conficere decreuerant.

θυωρός.) Pherecydes dixit, Mensam à dijs uocari thyorū, fortassis ab asseruandis uictimis.

θυράζε κῆρες, ὅση ἐστὶ ἀνθεστήρια.) Forās Carēs, nō amplius sunt antheateria. Alij ob multitudinē Caricorū seruorū dictū putant, quōd anthesterijs non laborarent, sed cōuiuarentur. Eo itaq; festo peractō, heros sic dicere solitos, cū illos ad opus faciendū ablegarent. Alij sic efferunt: *θυράζε κῆρες, ὅση ἐστὶ ἀνθεστήρια.* Forās lemures, non insunt antheateria: quasi animæ anthesterijs per urbem uagarentur.

θυραθου.) Erat insania illa non extrinsecus, sed intus. Nā intrinsecus rabie & furore agitabatur homo natura improbus, & potestate præditus.

THYRGONIDAE, municipiū Ptolemaicæ tribus.

θυραὶ ἔρανε ἀνεωγμένα.) Cœli fores aperte: id est, ea quæ diuinitus suppeditantur. Dauid.

θυρεπανοίτης.) Apertor forium Crates Thebanus dicebatur, quōd quasuis ædes ingrederetur.

θυρσος.) Epigramma: Pani Biton capellam, Nymphis rosas, thyrsos Baccho. Triplex sub frōdolis munus posuit comis.

θυσια.) Sacrificia quædam *δαροφορικὰ* offerunt munus, quædam *δοτολυτρικὰ* redimunt: quædam (pro *δαλερικὰ*, lego *δαλλαρικὰ*) placant, quædam *δοτοπηρικὰ* explent, seu uota exoluunt.

THYSTIVM, siue Thytium, urbs Aetoliæ.

PRINCIPIVM LITERAE K.C. **C**Abyle, Thraciæ regio, (*ἰδρυμα*) fanum ad Taxum flumē in Thraciæ medietullio: non procul à regione Astorum (ciuium) unde fit Abylenus.

καδισκος.) Vas quoddā, in quod iudices calculos cōiiciebant. Phrynichus in Musis: Hem cape calculū, cadiscus tibi præstō est: hic q̄ absoluit, ille qui condēnat.

CADMEA, Thebanorum arx. *καδμεία νίκη.*) Cadmea uictoria, id est inutilis & mala: uel quōd Eteocles & Polylices duello cōgressi, ambo perierūt. uel quōd Thebani uictores, post ab Epigonis superati fuerunt: uel quōd Oedipus ænigmate soluto, matrē præmij loco uxorem duxit: uel quōd Cadmus draconē, qui Martium fontem custodiebat, interfecto, annos 8 Marti seruijt. Dicitur etiam de ijs, qui cum hostes uincant, plures suorum amittunt.

CADMY S Pandionis F. Milesius historicus, qui secundū quosdam, primus historiā soluta oratiōe scripsit, Orpheo paulō iunior. Scripsit ædificationem Miletī, & totius Ioniæ, lib. 4. Cadmum aut̄ primū literas intulisse in Græciā, quas Phœnices primi inuenerint. Vnde in Epigrammate in Zenonem:

Si patria est, Phœnicia: quid tam? fuit & Cadmus Ille, Phœnix, à quo scriptam Græcia habet paginam.

Inuentio literarum.

Cadmus Archelai F. Milesius historicus iunior (quidam Lycinum & Cadmū annotant. fortassis igitur est alius) scripsit solutionem amatoriarum affectionum lib. 14. & Atticas historias lib. 16.

καδσς.) *De tribus uineis tres consecrauit hosce Impletos uino recēti primū expresso cados: in Epigrammate.*

CADVIAS, rex Scytharum. CARIA, nomen urbis.

CAIN, Abelis frater, homo auarus: Abel uerō iusticiæ studebat. Cain Abelis cadauer à se interfecti occuluit, facinus ita clām fore ratus. Quia uerō rapax & auarus fuit, mēsuras & pōdera & agrorum limites excogitauit: atq; urbe cōdita, suos conuenire eodem coegit, qui se re bellica exercebant. Quidam diaboli fatu tradunt editum Cainum, & ex odio fratrem Abelem sustulisse. Nam hac de re Christi etiā dictum ad Iudæos in Euan-gelijs

Caini iudicium.

Diaboli fig.